H. Finnsson,
Jus Ecclesiasticum Vicense.
Curæ posteriores
I-II.

J. J.

CURÆ POSTERIORES
IN
JUS ECCLESIASTICUM VICENSIUM

QVAS
PLACIDÆ DISSENTIUM CENSURÆ
SUBMITTIT
JOHANNES FINNÆUS
PARTES DEEENDENTIS OBEUNTE
DOCTISSIMO ET AMICISSIMO CONSOBRINO
JONA JONÆO
COLLEG. REG. ALUMNO.
Die 20 Decembr. 1762. *h. a. m. f.*
IN AUDITORIO.



Hafniæ, typis L. N. SVARE.

IMPRIMATUR

J. C. KALL.

PERILLUSTRI ET GENEROSO
DOMINO

BOLLE WILHELMO LÜXDORPHIO

S. R. M. a CONSILIIS STATUS ET JUSTITIÆ,
LIBELLORUM SUPPLICUM MAGISTRO,
IN SUPREMO JUSTITIÆ TRIBUNALI
UT ET
COLLEGIO CANCELLARIÆ, ASSESSORI,
IN CANCELLARIA DANICA SECRETARIO,
SOCIETATUM REGIARUM,
SCIENTIIS,
UT ET
LINGVÆ ET HISTORIÆ DANICÆ PROMOVENDIS,
DEDITARUM MEMBRO &c.
IPSI ERUDITIONIS LAUDE CLARISSIMO,
LITERARUM ET LITERATORUM OMNIUM
FAUTORI,
MEOQVE PATRONO BENIGNISSIMO
HAS PAGELLAS
SACRAS ESSE
HUMILLIME CUPIT
AUCTOR.



Lectori S.

Ante duos abhinc annos, in lucem edidi Jus Ecclesiasticum Vicensium, & pauca qvædam illustrationis ergo adnotavi. Hoc specimen diversis defectibus laborare confiteor, qvorum qvosdam ipse recognovi, qvosdam monstrarunt alii, & qvorum plures me adhuc latere credo, & inter monstratos mihi defectus, erat & in annotationibus rara admodum documenta vastæ ut dicere solent lectionis. Tam meum in dictis annotationibus pag. 65. promissum præstare, qvam huic defectui mederi proposueram, si impedimenta eodem in loco citata non prohibuissent; Sed hac in re me antevertit Vir Præclarissimus & Eruditissimus MAGNUS OLAVUS BERONIUS Philosoph. Magister, in *Notis Criticis in Jus Ecclesiasticum Vicensium, vulgo* Christenrettr Wikweria dictum, qvarum pars prima Upsaliæ anno proxime præterlapso prodiit.

 Hicce

  

Hicce Tractatus, ut vaſtæ lectionis & eruditionis documenta indubia præ ſe fert, ita Authori Præclar: ſummas grates debeo habeoqve; qvod non ſolum nominatum modo Jus E. V. cum mea verſione & notis, iterum excudi curavit, ſed & doctiſſimis Suis annotationibus adjectis condecoravit. Sed cum qvædam ſphalmata a me commiſſa ejus oculos fugerint, ea qvotqvot poſtea obſervavi, ut & qvarundam circa meas annotationes controverſiarum vindicationem hîc ſiſto. Ne Clar. Dominus BERONIUS, ſi qvid ei contrarium aſſeruerim, ægre ferat, obnixe rogo, ego viciſſim, veritatis ſtudium, ſupremam mihi regulam fore, polliceor.



§. I.



§. I.

Inter adminicula, ſcriptum qvoddam dijudicandi, præcipuum locum tenet antiqvitas; hac enim cognita, perſpicitur genius ſtyli, indagatur facilius Author, fundamentum ponitur interpretationis, & argumentis qvibuscunqve aliis vis & certitudo qvædam conciliatur. Sed vix ac ne vix qvidem obvius eſt caſus, in qvo apodictica, ut in ſcholis dicere amant, demonſtratio in hiſtoriis locum habeat, qvare ex pluribus rationibus ſimul ſumtis, elicienda eſt concluſio probabiliſſima.

Hæc erat norma qvam in Prolegomenis ad Jus Eccleſiaſticum Vicenſium ſeqvi conatus ſum, & hoc etiam erat fundamentum §. 2. qvæ antiqvitatem dicti Juris ex etymologia adſtruit.

Non eſt qvod ſtatuam duas tresve voces antiqvas, ſcriptum qvoddam antiqvitatis convincere poſſe, ſed tota etymologia ſemper & ubiqve ſibi ſimilis, haud ſpernendum dat argumentum ætatis libri cujusvis, cujus autem, brevitatis ergo, non niſi exemplum in diſcurſu præliminari adduci poſſe ratio ſvadet. Tale exemplum ſunt voces, Forvi, Svæita & Svitha, qvas §. cit. adtuli.

Aſt has voces, utpote non obſoletas, ſcopo ſuo minus inſervire putat Clar. BERONIUS, qvod an ita ſe habeat, ſigillatim & paucis diſpiciendum.

§. II.

§. II.

Vocem Forve non ſatis antiqvam eſſe urget Clar. BERONIUS, cum eo in ſenſu, qvem hic denotari vult, & qvem infra §. 6. evolvam, apud Othfridum in Evangel. & in Völuſpá occurrat.

Veruntamen ex Oudino & Trithemio patet, Othfridum vixiſſe ſec. 9. & Authorem carminis Völuſpá ex plurimorum ſententia eſſe antiqviorem.

De voce Svæita qvoad antiqvitatem nihil meæ aſſertioni contrarium attulit; Sed qvod ad vocem Svitha attinet, tum qvamvis in Legibus Eccleſiaſticis recentioribus ex. gr. Arnæ Epiſcopi Skalholtenſis inveniatur, tamen in alio ſenſu ibi occurrit, ut §. 10. plenius deducam adeoqve hocce Clar. Beronii contra totam §. 2. Juris E. V. dubium ex ſe ipſo infringitur.

§. III.

In Prolegomenorum Juris Eccleſiaſtici Vicenſium §. 7. pag. 11. aſſerui, mihi in Bibliotheca Almæ hujus Univerſitatis melius exemplar exqvirere non licuiſſe, ſed poſtea per literas a Patruo meo amantiſſimo & plurimum Reverendo, Domino VIGFUSO JONÆO Præpoſito in Myrasyſlo vigilantiſſimo, certior factus ſum, illud ibidem eſſe inveniendum in qvarto ſub num. 78. qvod hic eo magis gratus recenſeo, qvo minus ego ipſe ex experientia de hoc teſtari poſſum. (*)

Inter

(*) Poſtqvam hæc ſcripta ſunt, ſpeciali favore Patroni & Præceptoris mei privati B. Möllmann Num. hunc aſpicere conceſſum eſt, & illud inveni in membrana No. 78. meo exemplari conſentiens.

Inter argumenta pro antiqvitate dicti Juris Ecclesiastici §. 3. allata, etiam referri potest, qvod S. Sunnefa pag. 50. dicatur qviescere in Selio, cum ejus reliqviæ Bergas fuerint translatæ Anno circiter 1170. Adeoqve ante hoc tempus latum esse J. E. V. probabiliter concluditur. conf. pag. 50. Not. 102.

§. IV.

Austr skolom luta: pag. 12. not. 2. (Juris Ecclesiastici Vicensium Edit. Havn. qvam sine restrictione postmodum allegabo). *Ad orientem nos vertamus*, vel qvod melius, & monente Clar. BERONIO: *versus orientem nos incurvare debemus.*

Hic in textu mendum esse suspicatur laudatus modo BERONIUS, ut esse deberet at lita austr qvod orientem intueri denotat, austr enim pro baptismo hoc loco intelligi non posse, inde patet, qvod verbum at lita, aut regat accusativum cum præpositione a, & tunc aspicere vel considerare significat, hinc alitamal Vatnsdæla Saga cap. 33. *res consideratione digna*, aut dativum, ubi *acqviescere* in re aliqva denotat. Jur. Eccl. Vicens. pag. 43. not. 81. Sed neutrum horum hic locum habere potest, nisi duplex mendum præsumatur, qvod nulla cæteroqvin urgente necessitate fieri neqvit. Præterea austr pro baptismo, rarissime vel vix qvidem occurrit, qvid? qvod verbum at ausa vatni, plerumqve de lustratione gentilium, non vero de baptismo christianorum adhiberi consvevit; ratio in promtu est, tam qvod multas voces antiqvas, unde scandalum timeri poterat, mutave-

 rint

 

rint septentrionales veteres, Religionem christianam introducentes. conf. Eruditiss. qvondam EYULFI JONÆ comm. in voc. Fiørbaughsgarthr in Arnesens Islandske Rættergang pag. 631. not. 234. BUSSÆI Nott. in Schedas Arii Polyhist. de Islandia pag. 44. 46. qvam qvod res diversæ, diversis exprimi vocabulis debuerint.

Clar. BERONIUS etiam austr antiqvorum pro *antlia navium* sumit, non observans, ejus usum esse recentiorem. Austr autem significat 1.) *sentinam*: Grettis Saga pag. impr. 95. Their stodo aptr vid austuren: *in puppe prope sentinam steterunt.* 2.) *haustum:* ibid. pag. 94. Their stodo i austri sva dægrum scypti: *per aliqvot dies noctesqve hauserunt;* non vero ut vult Clar. BERONIUS: "prope sentinam steterunt." hinc byttu austr, dælu austr, Hafnar austr 2c. vid. Jonsbok Farm. L. cap. 24. Thormodar S. Kolbruna Skalds. Grettis S. loc. cit.

§. V.

Rokia Kyrkior oc Kennimenn pag. 12. *Templa Sacerdotesqve colamus.* Vox røkia vel rækia pro *colere* est satis nota & vulgaris, hinc descendit: Gudrækinn, rækt i tuni 2c. ɔ: pius, cultura prati. Christenrettr Thorl. oc Ketils Cap. 2. Ef hann kann æi fyrer oroktarsaker: *Si propter defectum culturæ nescit.*

Qvod vox at røkia pro *decimare* adhibeatur, nusqvam inveni. nec illud vocabulum rauk, røk, vel raukr, *manipulum*, *cumulum* vel *mergetem* (dan. Næger) denotans, a Clar. BERONIO allatum probare potest. Verbum inde descen-

descendens est at ræifia, Islandis hodie at hreykia, *cumulum struere*.

§. VI.

Thet skal a Forve føra: pag. 13. not. 6. *Ille in solitudinem est portandus.* Qvisqve interpres, originale suum exemplar, nisi necessitate coactus deserere non debet; multo minus id illi ita mutare licet, ut sensus minus commodus, aut solæcismus inde gignatur.

Hæc est causa, cur Clar. BERONII explicationi, "*ille ad necem ferendus est*" assentire non possim, nam 1.) verbum at føra, accusativum loci vel rei cum præpositione a, sed dativum personæ regit, qvi posterior si hic intelligeretur, lex nimis poëtica, & simul mendosa supponeretur. conf. num. 3. 2.) Præpositio a ad locum, semper regit accusativum. 3.) Dativus Forve pro Fiørvi est inauditus. 4.) Posita Clar. BERONII emendatione. sensus foret, ille est vita donandus, qvod textui & sensui est contrarium, nam Fiør *vitam* denotare, statim monstrabo. 5.) Duo vocabula sensus contrarii, haud facilè sunt æqvivoca, præsertim si relationem privativam inter se habeant. ex. gr. *cæcus* & *visu gaudens*, *mors* & *vita*. Qvid? qvod Clar. BERONIUS concedit vocem Fiør denotare *vitam* & *vim vitalem*. Thordar Hrædu S. cap. 9. pag. 71. & 188. Edit. Holanæ.

Thar let ec Fiora Fiørvi
Fleins finendr tina ɔ:

illic qvatuor belligerantes vitam amittere feci. Grettis Saga pag. 139.



—— Biørgum ſva Fiørvi o:
vitæ-ita conſulamus. Exempla qvibus contrarium probat Clar. BERONIUS, minus apta vel ſaltem dubia adhuc ſunt: Duo exempla ex Othfridi Evang. allata, melius per vitam qvam mortem transferuntur. Locus ex Voluſpa Stroph. 39. apertè *vitam* denotat, nam Feigr *mortalis, morti vicinus* vel *deſtinatus* vivus adhuc eſt & vim vitalem Fior in ſe habet, imo interdum ſolito majorem. Locus ex Hirdſkra pag. 301. ab ipſo Clar. BERONIO per *vitam* explicatur, veluti Fiørrad, *inſidiæ ſtructæ vitæ alicujus* in Sturl. S. & alibi paſſim occurrit. 6.) Etymologia vocum a Fior deſcendentium, etiam ſecundum ipſum Clar. BERONIUM, contrarium ejus ſententiæ demonſtrat. 7.) Deſcriptio loci Forve hic obvia etiam meam explicationem adſtruit, & 8.) demum Finnboga Ramma Saga cap. 2. docet moris fuiſſe, infantes exponendos in deſertum deportare locum. Adeoqve hæc Clar. BERONII emendatio textus, nullo ſtabili fundamento nititur. Si vero aliqva emendatio locum haberet, tum vel eſſet at Forvi føra, *de via portare*, vel a Fiarve føra, *procul deportare*, qvæ omnia ad conjecturas redeunt; ac phraſis forſan, at føra a Forve, denotat totum actum expoſitionis infantum, certis ceremoniis adſtrictum, qvas legislator, utpote tunc cuiqve notas, omiſit.

§. VII.

Røira pag. 13. *ligare* eſt ſenſus proprius, ſed circumſtantiis convenit, ut ab eo h. l. recedatur, monente, ut gratus agnoſco, Cl. BERONIO, ita ut at røira,

pro-

propriè *constringere*, hic *lapidibus obruere*, denotet. Præter allata a Clar. BERONIO exempla, notari potest Finnboga Ramma S. cap. 2. de hac eadem materia agens, unde Finnbogus appellatus est urdarkottr sive *Catus Spelæorum.*

Ratio hujus legis videtur fuisse sollicita veterum circa sepulturam mortuorum cura, nam si qvis vel capitis damnatum occideret, & cadaver aut non, aut in loco illegitimo sepelierit, mulcta, imo qvandoqve morte puniebatur. vid. Arnesens Islandske Rættergang pag. 617. Gisla Surss Saga cap. 34. pag. impr. 178.

§. VIII.

Grithkonor: pag. 17. not. 15. *mulieres domesticæ, operariæ.* Grith est domicilium operarii. Grag. Ef mathr fiscir til mithsumars oc fer tha i grith oc verthr han thar thingfastr ef han hefir Løggrith, oc er that ret at stefna hanom at thvi heimili. ɔ: *si qvis usqve ad mediam æstatem piscaturæ operam dederit, & postea operam suam alicui locat, tum ibi forum ejus est competens, ubi domicilium legitimum* (løggrith) *habet, & in eodem domicilio* (heimili) *dicam ei scribere legitimum est.* Et rursus: Præstar scolo sier hafa grith at atta vicom Sumars: ɔ: *Sacerdotes debent habere domicilium* (grith) *ante qvam octo hebdomades de æstate tantum remanent.* coll. chr. rett. Thorl. oc Ketils cap. m. 10. al. 9. prestar eigu at taka sier Løgheimele ꝛc. *Sacerdotes debent habere domicilium.* Grith *domicilium* descendit a grith *pax publica* conf. Jarnsyda: Mannhelge cap. 10. Jonsbok. Mannh. cap. 19.

Ex his patet vocem grithkona denotare operariam, sed duo exempla omni exceptione majora adducam: prius est in Grettis S. cap. 80. pag. 148. Er aleid Morgun, stodu heimamenn upp, komo Konor tvær i Stofuna, var onnur Bondadotter, enn onnur grithkona ɔ: *tempore matutino vergente, surrexerunt domestici* (heimamenn) *mulieres duæ triclinium intrarunt, qvarum altera erat filia Coloni, altera operaria* (grithkona). Posterius in Thorgrims Pruda S. cap. 7. pag. impr. 20. Verdur heimakona vor vid thetta, geingur hun til Svefnherberges Olafar, stendur hun Tha fliott upp oc klædest. Geingur hun til Saumastofu finnar oc setur thar grith konuna nidur a pallinn. ɔ: *Hoc sentit domestica* (heimakona) & *ad cubiculum Olufæ* (heræ) *properat, hæc vero celeriter surgit, vestes induit, postea gynæceum intrat, ac illam domesticam* (grithkonuna) *in tabulato collocat.* conf. Hardar oc Holmver S. cap. 38. & alibi passim. Hinc contra tot & tam clara antiqvitatis exempla Celeb. HADORPHII sententia a Clar. BERONIO allegata nihil valet.

§. IX.

Svæita pag. 21. not. 27. *in sudore proprio mortuum.* Sveite Substantivum masculinum est *sudor*, & impropriè *sangvis*. velut Regn, Foß, Flod, Lækur, ɔ: pluvia, catarractes, flumen, rivus &c. si hæ voces propius determinantur. Sed Sveit Subst. fœminini generis est *cohors vel multitudo hominum* ex. gr. Sveit fell i sollum Sæ: *cohors cecidit in æstuoso mari.* Hinc immortalis Poëta nostras Thordus de Striuge ita:

Sveiten

Sveiten mod i økla od
Undaflod thar Herinn stod. ɔ:
cobors (Sveiten) *defatigata sangvinem* (Flumen vulnerum) *usqve ad talos vadavit*, (illic) *ubi exercitus steterat.* conf. §. seqv.

§. X.

Svitha pag. 21. not. 28, *per sugillationem mortuum.* Rectè monet Clar. BERONIUS Svitha vel Svidda ex mente Gudmundi Andreæ denotare *inflammatum* vel *suffocatum*. nec ego rationibus sat gravibus suffulcior, ut Ejus sententiam, authoritate Celeb. & Summi suo tempore Antiqvarii B. Arnæ Magnæi in Versione Juris Eccles. Arnæ Episcopi Skalholtensis, confirmatam, infringere coner. Sed probè notandum est, in citato Jure, [illegible] in eo qvod Thorlaci & Ketilli vocatur, omne morticinum appellari Svidda, adeoqve ritè per *suffocatum* explicari. Sed cum jus Eccl. Vicens. duas species morticinorum Sveita & Svitha enumeret, tum unicuiqve patet vocem Svitha in alio ibidem sensu sumi, qvam a laudatis Magnæo & Andreæ. Sed fateor me harum vocum obsoletarum sensum non satis perspicere, unde omnia ad conjecturas redeunt. Forsan etiam denotat ex morbo impetuoso morticinum, nam *Svithe* in Periplo Otheri pag. 12. 20. &c. est *admodum* & Grettis Saga cap. 86. pag. 152. Svadil verk sunt magna opera. conf. Hardar S. oc Holmveria cap. 16. pag. 93. Heims-kringla in vita Magni Nudipedis cap. 16. & Haqvini Herdabreidi cap. 8. Alius forsan ex Actor. 15. 20. 29. vel

vel ex Jure Pontificiorum Canonico hanc vocem accuratius determinaverit.

§. XI.

Hann er sekr thriar merkr ser pag. 21. pro *propria dabit culpa mulctam marcarum trium.* Tres sunt propter qvas ita lego, rationes: 1.) Sigla hic adhita S' ex usu abbteviandi ita legi solet. 2.) Marcæ argenti tempore Regis Magni Erlingii demum fuere introductæ, vid. Heimskringla in Ejusd. vita cap. 16. 3.) Nusqvam in hoc Jure exemplum est marcæ argenti s. ponderatæ. Objectio sumta ex aliis juribus in qvibus S' S: vel S. Sylfurs (argenti) denotat, non valet, nisi huic sint coæva, vel illo antiqviora.

§. XII.

Er Dotter Hans aflæti su er Eckia er pag. 21. not. 30. *Si Filia ejus, vidua in hoc deliqverit.* Hic non video necessitatem qvæ mutationem svaderet, vid. supra §. 6. Flet, propriè denotat *lectum,* & in specie *vile lectisternium* Grettis S. cap. 37. pag. 144. Qvod Flet *communionem bonorum* denotet, ex locis a Clar. BERONIO allatis non video, præsertim cum in uno eorum Flet ɔ: domicilium & Fæligh ɔ: communio bonorum distingvantur. Qvod autem Flet *domicilium,* non verò *communionem bonorum* significet, probat Jonsbok. Th.b. cap. 2. ubi rustici jubentur sistere reum a Flet Syslomanns, ɔ: *in domicilio Judicis territorialis.*

Ratio

Ratio & contextus legis in Jur. Eccl. Vic. Cap. 5. etiam meam explicationem admittere videtur, nam qvamvis filius duodeviginti annos natus, & filia vidua, o: sui juris, peccaverint, tum speciali mulcta luere debent, cum præsumatur eos amplius non esse in communione bonorum. E contra hospites qvi nullo alio cibo sustentari possunt qvam qvem promit colonus hospitator, immunes sunt. Et cur inqvam uxor in mulcta mariti includitur, nisi qvia sunt in communione bonorum? Verbum at flœckføra huc non pertinet.

§. XIII.

Føther Bondi geste eige sva marga: pag. 21. *Si qvis herus hospitibus, & tamen non adeo multis cibum apponit.* Ex Clar. BERONII sententia: *Si qvis herus hospitibus, qvotqvot vel fuerint, cibum apponit.* Utramqve in medio relinqvo, nam priori propria verborum constructio, posteriori plenior sensus patrocinari videntur.

§. XIV.

Biscops armathr pag. 22. not. 32. *Qvæstor Episcopi.* Recte monet Clar. BERONIUS ar esse *annonam* & armathr *Præfectum annonæ* denotare posse. Hæc qvoqve derivatio, est, qvam vidi, unica, a Verelio, Loccenio, Gudmundo Andreæ & Biörno de Skardsaa, allata. Hæc fuit causa, qvod hanc derivationem loc. excit. brevitatis sectator, omiseram, præsertim cum hæc commoda cæteroqvin origo, officia Procuratorum episcopalium non exhauriat. vid. Arnes. Islandske Rættergang pag. 43. 540.

Sed

Sed ut ordine ritè procedam, tum **ar** 1.) Denotat *annum* Sched. Arii Cap. 4. 2.) *Annonam.* at bleta til ars *pro successu annonæ sacrificia offerre,* & inde armathr Præfectus annonæ, armathr fyrer Bu?: villicus. 3.) *Genium* hinc arar, *cacodæmones*, Christendoms S. cap. 2. at Gilia stod Steirn sa er their Frændur hofdo blotat, oc kollodo thar i bua armann sinn ɔ: *in* prædio *Giliá erat lapis cui ista familia sacrificia obtulerat, & illi genium suum tutelarem inhabitare asseruerunt.* Hinc etiam deducendum esse credo, at arna, *apprecari* f. *interpellare pro aliqvo*, & ex hac significatione forsitan descendit armathr *Procurator,* qvales fuere apud Romanos, Procuratores Cæsaris, & h. l. Procuratores Episcopi. 4.) *Remum.* 5.) Casus qvosdam obliqvos ab a *amnis.* conf. Bussæi Sicilim. ad Lexic. in Sched. Arii pag. 8. 6.) Principium vid. Jon. Gam de anno Solar. p. 105. unde etiam adverbium ar qvod *mane* denotat. **Lokasenna:**

Mantu that Odin
Er i ardaga
Blendum blodi saman. ɔ:

Meministin Odine cum antiqvitus sangvinem commiscuimus. Hinc comparativus athr *antea, prius.* 7.) *Atomum solarem.* His addo ar & aren Jur. Eccl. Vic. pag. 22. not. 32. *ignem sanctum, focum,* item *domicilium,* qvia hoc igne, domicilia possessiones &c. sanctitate (externa) donatæ sunt. conf. **Landnama S.** part. 5. cap. 1. **Viga Glums S.** cap. 26. **Gulath. L. Magn. Kongs Landsl. b.** 25. & inde etiam domicilia postea nomen sortita esse credibile est.

Sed

Sed cum Cl. BERONIO hæc vox nunqvam obvenerit, seqventia nominasse sufficiat: ar Branda *ignis gladiorum* s. aurum in Gisla Surss. S. Elldur folginn i arni Hervarar S. cap. 15. ænigm. 16. *ignis in foco absconditus.* Their toco elld af arni: Sturl. Saga *ignes de foco desumserunt.* arenhella: Grag. *lapis* præ foribus *domi* collocari solitus. Thrir ero arinelldar at løgom Gulath. L. Magn Kongs loc. cit. *Tres sunt ignes domestici legibus instituti*, ubi in duobus primis exemplis arni non potest non esse ablativus, & in duobus postremis Genitivus singularis a nominativo arinn.

§. XV.

Tantummodo Patris mei amantissimi, duo circa Jus Eccl. Vicensium monita, angusti dissertationis termini & propositum addere permittunt. Prius concernit vocem upsardropa pag. 36. not. 66. cujus a me ibidem datam explicationem, veram qvidem esse affirmat, sed ex usu loqvendi in territoriis Skaptafellensi & Rangáënsi adhuc vigente, sensum vocis, upsa (non upsi) propius determinat per tignum, trabium proceres conjungentem (Isl. Silla).

Posterius est circa vocem Olafsmessa pag. 51. not. 103. Verba Ejus hæc sunt: "Utrumqve S. Olai festum "est in memoriam Olai Sancti, prius die 29 Julii qvo "obiit, posterius die exhumationis ejusd. 3 Id. Aug. vid. "Ejus vitam cap. 188-192. Sed Olaus "Tryggvinus cecidit 5. id. Sept. vid. "Ejus vit. part. 2. cap. 96."



Mem-



Membrana sub num. 78. *& pag.* 8. *citata seqventes variantes lectiones notatu dignas ad manum dat, nam loca, ubi mendosior est qvam MS. editum, & unius literæ congeneris pro altera substitutionem, afferre supersedeo.*

Pag. 21. lin. 4. *pro* hvarke *legit:* hvatke.
27. - 13. *post* markum *addit:* En ef hann etr kiot a imbrudagum, sækr thrim.
37. - 13. *post* haulzlego *addit:* böti.
38. - 21. *pro* the S. *legit:* Kyrkio.
40. - 1. *post* Kyrkio *addit:* En ef menn bera barn til högendakyrkio.
46. - 9. *addit:* ef their sætia nithr at Forbodi prest. En.
52. - 3. *post* thau *addit:* laupa.
53. - 9. *pro* maN *legit:* man.
56. - 13. *post* er *addit:* mathr.

Qvæ in nott. ad J. E. V. 71. 75. *&* 109. *emendavi, illa etiam ita restituta sistit, & super* v. *pag.* 32. *not.* 58. *scriptum est* tvinni *eadem manu, ac ipsa Membrana.*



